

ri corpori glorie suae. uiuens et regnans cum patre et cum spiritu sancto in
 saecula saeculorum. Amen. IN CAENA. DNI. I. H. I. X. P. I.

SERMO. BEATI. LEONIS. PAPA.

SACRAMENTUM DILECTISSIMI

DOMINICAE PASSIONIS. IN SALUTEM HUMANI GENERIS. ANTE

tempora aeterna dispositum. et per multas significationes. omnibus retro saeculis nuntiatum. non adhuc expectamus manifestandum. sed iam adoramus impletum. Concurrentibus ad eruditionem nostram. et nouis testimonis et antiquis. dum quod prophetica cecinit tuba. euangelica pandit historia. et scriptum sicut est. Abysus abysum inuocat in uoce cataractarum tuarum. Quoniam ad enarrandam gloriam gratiae dei. paribus sibi uocibus utriusque testamenti altitudo respondit. et quod erat sub uelamine figurarum profundum. sic reuelata luce perspicuum. Sic tamen inter illa miracula saluatoris. quae sub populorum gerebantur aspectu. pauci ueritatis praesentiam sentiebant. Ipsique discipuli uoluntaria domini passione turbati. non euaserunt scandalum crucis. sine temptatione formidinis. Unde fides nostra intellegentiam sumeret. unde conscientia robur acciperet. nisi quae facta cognoscimus. praedicta legeremus. Per actum igitur dilectissimi saluatoris triumpho. et consummatis dispensationibus. quas omnia ueteris testamenti eloquia nuntiauerunt. luceat carnalis iudeus. sed spiritalis gaudeat christianus. Et festiuitas. quae illis conuersa est in noctem. nobis coruscet in lucem. quod crux christi. eadem est et credentium gloria. et non credentium poena. Quamuis enim persequentium furor. nihil aliud in dominum maiestatis operatus sit. quam atrocem et uidebantur

acos. quib. suae legis doctrinā contulerat. ex quibus
 se incarnandū p̄miserat. & in quib. se incarnatū ut p̄miserat
 ostendit. Ipsi cū reciperent uenientē magna ex par-
 te recusarunt. Neq. enim omnes recusarunt. alioquin
 nullus esset saluus. Nunc autē multi cū ex utroq. po-
 pulo credendo receperunt. De quib. euangelista conse-
 quenter insinuat dicens. Quot quot autē receperunt
 eū. dedit eis potestātē filios dī fieri. his qui credunt
 in nomine eius. Consideremus fr̄s c̄m i. quanta gra-
 tia redemptoris. quā magna sit multitudo dulcissimi
 eius. Unicus ex patre natus est. et noluit unus. Descen-
 dit ad terrā. ubi fr̄s sibi quib. regnū patris sui dare
 posset adquireret. Ds ex dō natus ē et noluit dī tantū
 filius manere. Hominis quoq. filius fieri dignatus est.
 non amittens quod erat. sed assumens quod non erat.
 Ut p̄ hoc homines in dī filios transferret. gloriāq.
 suae faceret coheredes. qui quod ipse semper habe-
 bat p̄ naturā. inciperent habere p̄ gratiā. Conside-
 remus quanta uirtus est fidei. cuius merito potestas
 datur hominib. filios dī fieri. Vnde bene scriptum
 est. quia iustus ex fide uiuit. Uuit enim iustus
 ex fide. non illā ^{quā} laborū tantū confessione profer-
 tur. sed ea quae p̄ dilectionē operatur. Alioquin
 fides si non habeat opera. mortua est in semetipsa.
 Nullus se ipsū despiciat. nullus de sua salute despe-
 ret. Curramus omnes. curramus singuli. ut qui era-
 mus longe. mereamur fieri prope in sanguine
 xpi. Videamus quod dicitur. quia quot quot

probatio